



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Mirabilis Vita Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar Vallisoletanæ**

Deprompta ex ijs, quæ ipsamet jussu Patrum suorum Spiritualium  
consignavit

Vitæ Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar. Pars Prima

**Puente, Luis de la**

**Pragæ, 1672**

Protestatio Patris Provincialis Castellani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38580**



PROTESTATIO  
PATRIS  
PROVINCIALIS  
CASTELLANI.

**O**ptemperando Decretis Sanctissimi D. N. Papæ URBANI VIII. editis de illis, qui scribunt ac typis mandant Vitas, revelationes, miracula, & prophetias eorum, qui sanctitatis famâ celebres vixerunt, ac decesserunt, protestor, nihil, quod refertur in hac prima parte Vitæ Famulæ DEI, VENERABILIS MARINÆ de ESCOBAR Vallisoletanæ, dispositæ à Venerabili Patre Ludovico de Ponte, ex Societate JESU, ipsius Confessario, ullâ hæctenus niti auctoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ, nec ea, quæ concernunt dictam V. MARINAM, vel aliòs, de quibus in illa agitur; sed duntaxat auctoritate humanâ illorum, qui eadem scribunt, ac referunt, nullâ verò majore. Neque est mea intentio attribuere dictæ V. MARINÆ, quemadmodum nec alteri cuiquam Personæ, titulum Beatæ, aut Sanctæ, donec illam Sancta Ecclesia talem declaret: vel ullâ ratione quidpiam disponere pro beatificatione,  
cano.



canonizatione, aut comprobatione miraculorum  
dictæ Famulæ D E I, ulliusve alterius, omnibus  
relictis in eo statu, in quo fuerunt, antequam scri-  
beretur, vel excuderetur hæc historia. Quam  
protestationem facio, tum nomine Authoris, Pa-  
tris Ludovici de Ponte, qui eandem faceret, si vi-  
veret, post dicta decreta, tanquam filius adeò obe-  
diens Sanctæ Ecclesiæ; tum meo, attribuendo,  
quoad hoc, mihi dictum opus, in cuius principio  
& fine ponitur ista protestatio.

Eundem in modum, se obedientem esse Sanctæ  
Sedis Apostolicæ filium, protestatur  
interpres.



INDEX